



3676<sup>a</sup>

A. K. 33

Peter 8. Oldalt.



Szerettük báró Prónay Sándor  
Tó-almási könyvtárával 1891.

# ELEGIA,

IN PERENNEM HONOREM ET MEMORIAM

ILLUSTRISSIMI

QUONDAM

DOMINI, DOMINI

ALEXANDRI e LIB. BAR. PRONAY

DE TÓT-PRÓNA ET BLATNITZA,

EQUITIS AURATI, S. CAES. REG. AP. MAJESTATIS CAMERARII, SOCIETATIS ERUDITAE HUNGARICAE  
DIRIGENTIS COLLEGAE, NEC NON ECCLESiarUM ET SCHOLARUM EVANG. AUG. CONF.

IN HUNGARIA  
GENERALIS INSPECTORIS,

MERITISSIMI,

DIE 5-a MENSIS FEBRUARII FATIS FUNCTI,

OCCASIONE SOLEMNIUM IN ECCLESIA EVANG. A. C. PESTANA

DIE 17. MARTII 1839. ANNO

ASSERVATARUM EI EXSEQUIARUM,

PER

JOANNEM MELCZER,

ECCLESIAE EVANG. A. C. RÁKOS - KERESZTURIENSIS V. D. MINISTRUM

MOESTO PECTORE DECANTATA.



*Pestini, 1839.*

*Typis Trattner-Károlyianis.*

IN THE SENATE OF THE UNITED STATES  
COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE  
WASHINGTON

ALBERTA LANDS

THE ALBERTA LANDS ACT, 1871

IN THE PROVINCE OF ALBERTA

THE ALBERTA LANDS ACT, 1871

PD 14.267

THE ALBERTA LANDS ACT, 1871

THE ALBERTA LANDS ACT, 1871

THE ALBERTA LANDS ACT, 1871

ALBERTA LANDS ACT, 1871

THE

ALBERTA LANDS ACT, 1871

ALBERTA LANDS ACT, 1871

ALBERTA LANDS ACT, 1871



1871

ALBERTA LANDS ACT, 1871

**F**lant Boreae, sonat unda ruens, furit aequor iniquum,

Heu! quae Pestinum vulnera rursus habet?

Ergo iterum glacialis obex brumaleque tegmen

Congestum in cumulum fata nefanda tulit?

Ergo iterum fluctus vehementis clauditur ingens

Porta, nec advetum currere linquit iter?

Et, veluti certans cum Scyllâ saeva Charybdis,

Cum sonitu tumidas fundit abyssus aquas?

Attollitque feros fluctus, et gurgite vasto

Funditur oceani truxque minaxque mare?

O! graviora tulit sors improba vulnera nobis,

Plenius exitii flebilisque malum!

Non domus exiles, non parva tuguria, viles

Villas, nec fragiles vis rapit ista casas;

Pyramidum tumuli, tendentis ad aethera turris,

Sublimisque arcis fracta ruina jacet.

Non video hic lapides, non tecta, nec atria, muros,

Non calcem aut sabulum, congeriemque chaos;

Nobilior gemmis thesaurus, amoenior auro

Hic perit, hoc summum, florida vita, bonum.

Non quae diruerat torrens et naufraga puppis,

Ancora quae quondam reddere jacta potest;

At quod in aeternum non exorabile fatum

Praecipiti rapuit trans Styga lintre Charon.

Ploremus! grandem vult haec jactura dolorem,  
PRONAY noster honor, gloria, fulgor abest!

\* \* \*

Dent Boreae gemitus, lacrymas dent flumina et imbres,  
Dent luctum tenebrae, et fulgura fracta sonos!  
PRONAY abest? — hunc quae rapit inclementia fati?  
Quae vis? quae rabies? quis dolus atque furor?  
PRONAY abest? — hunc quis terrarum claudit horizon?  
Quis mons? quae vallis? quod mare? quisve locus?  
Inspice Cordileros, Saharae deserta locorum,  
Antra, polos, rupes, aequora, saxa, sinus:  
Non est! — occidit heu! veluti qui in culmine Nebo  
Disparuit quondam dignus honore pater.  
Trans mare, trans terras, trans aethera, sidera, soles,  
Constrictum aeterna vi Libitina procul  
Immensum in spatium tulit: hunc toto orbe remotum  
Placibus aut gemmis huc revocare nefas!

\* \* \*

Dent Boreae gemitus, lacrymas dent flumina et imbres,  
Dent luctum tenebrae, et fulgura clara sonos!  
Huc oculos converte tuos stirps Graja Macedo,  
Cujus in hoc tumulo frigida membra vides?  
ALTER ALEXANDER MAGNUS! venerabile nomen,  
Dux, heros, victor strenuus atque potens,

Vulnera non metuens celebris bellator inermes  
Nos tutatus erat robore lustra decem!  
Jamque tabescebant vires, grandaeva senectus  
Vix fuerat plus, quam somnus, imago, sonus:  
Nec tamen excessit sveto certamine belli,  
Inconcussa velut culmine petra sedens.  
Hujus ad illustris castris dum moenia, muros  
Constitimus fortes, dulce sonante tuba:  
Non Alpes exhorruimus Romamque potentem,  
Parva quidem numero, vi tamen ampla phalanx!  
Huic prout aes triplex fuit, et sub pectore robur,  
Nescio num bello, pace ne major erat?  
Nunquam mittere, sed projecta avertere tela,  
Tutari plus, quam forte nocere volens,  
Maecenas et Flaccus erat, Sacer atque sacerdos,  
Caesar et Amphion, victor et augur ovans.

\* \* \*

Dent Boreae gemitus, lacrymas dent flumina et imbres,  
Dent luctum tenebrae, et fulgura rauca sonos!  
Quotquot erant patriis terris benedicta JOSEPHI  
Nomina, cuncta salus, gloria, splendor erant:  
At nunc, o! feritas, o! inconstantia fati,  
Vulnera quae nobis fert Josephina dies!  
Occidit hoc sidus nostrum, periire corusci  
Hinc radii, fulgens disparuitque jubar.  
Corruit heu clarum celebri de stemmate culmen  
PRONAYum, nec stat vertice summus apex.


Deque patrum patriae meritis splendente coronâ  
    Excidit haud parvum, gemma superba decus.  
Detracta est solio nunc purpura splendor et aurum,  
    Exstincta est patrii stella corusca soli.  
Ite Aquilae celeres, Aquilones ite volantes  
    Ferte remotis haec tristia fata polis:  
Ipse Helicone jacet divus prostratus Apollo  
    Exanimis nostri clara corona chori.  
Corruerunt Delphi, sunt fracta altaria, luci,  
    Divaque psallentes obmutuere soni.

\* \* \*

Dent Boreae gemitus, lacrymas dent flumina et imbres  
    Dent luctum tenebrae, et fulgura fracta sonos.  
Dicite ei carmen tristi modulamine Musae,  
    Vester enim inprimis fautor, amicus erat.  
Hic fuit haec fagus, cujus sub tegmine vobis  
    Prostratis licuit, psallere dulce melos.  
Hic svavis per saxa strepens cum murmure rivus,  
    Cujus svevistis pellere rore sitim.  
Haec umbrosa specus, quâ saepe quiescere fessis,  
    Et gelido placuit se recreare loco.  
At nunc — o! gemitum vasto vos turbine venti  
    Per mare, per terras significate meum!  
Haec concussa jacent! — grandi vastata procellâ  
    Fluctibus oppressa est nostra carina maris!  
Dulcibus orbata est vitis frondosa racemis,  
    Excussum est spicis semen, arista, tuis.



Rura thymos, fluxum mare, fructus perdidit arbos,  
Languida membra caput, posteritasque patrem!  
Cur non sum horrisonum veniens de nube tonitru?  
Cur non sunt oculi Pontus et unda mei?  
Ut Te sic possim meritorum ornare coronis  
PRONAY, Te pronum semper ad omne bonum!  
Fallor ego! pereunt monumenta, tropaea, triumphi,  
Et quidquid fecerat mens, manus, arsque, ruit.  
Interitu exemptum post tristia funera marmor,  
Ipse sibi quisque est nobilitate sua.  
Secula mille manens ebur, aurum et caesa columna,  
Cum merito est virtus, claraque facta viri.  
Sic postquam occideras pelagi demersus in undas,  
Hoc, vivens semper, flore perennis eris!  
I, benedicte Pater, Te nos comitamur euntem  
Cum lacrymis omnes! I, benedicte Pater!  
Non damnum pateris, busto TIBI bina parantur  
Proemia, stans honor hic, postque sepulchra salus!  
I ergo in portum post naufraga fata quietum  
NAUTA, sed i fausto sidere vecta ratis!!



Итак взирая на то, что мы  
всего более желаем, чтобы  
ваше здоровье было крепким,  
и чтобы вы могли наслаждаться  
здоровьем и долголетием,  
мы предлагаем вам следующие  
советы: 1. Избегайте  
переутомления и стресса.  
2. Соблюдайте режим сна.  
3. Правильно питайтесь.  
4. Регулярно занимайтесь  
физическими упражнениями.  
5. Избегайте вредных привычек.  
6. Следите за своим давлением.  
7. Не забывайте про профилактические  
осмотры у врача.  
8. Не забывайте про отдых.  
9. Не забывайте про позитивный  
настрой.

